

B. H. H. R.

AUGUSTISSIMO
BERIÆ PRINCIPIS
D. D. JOSEPHO,
&c.

Tutelari Lusitani Imperii vindici
Lusorum votis à Deo dato

POEMA
GENETHLIACUM

Ad venustatem Claudianam compactum

A^c

P. THEODOSIO
EMMANUELE DE LIMA,
Presbytero Babiensi.



ULYSSIPONE,
Ex Prælo MICHAELIS MANESCAL DA COSTA,
Sancti Officii Typographi.

Anno M. DCC. LXI.

Cum facultate Superiorum:

AUGUSTISSIMO
BERNARDI PRINCIPIS
D. D. JOSEPHO

&c.

Tutelam Militari Imperii vindictam
Infortium votis à Deo dato

POEMA
GENETHLIACUM

Ad venustatem Claudianam comparatum

A

P. THEODOSIO
EMMANUELE DE LIMA

Presbytero Babiano



ULYSSEI POEME
EX PABLO MICHAELIS MANESCAL DA COSTA
Sancti Officii Typographi

Anno M. DCC. LXXI.

Cum facultate Imperatorum

AUGUSTISSIMO
 BERIÆ PRINCIPI
 NUNCUPATIO.



U I equidem , præter
 unum te , Augustissime
 Princeps , sublime , & peculiare natali-
 tii argumentum nuncuparem , quippè qui

de remotioribus novi orbis finibus , cha-
rissimo de natali solo quasi missus in exi-
lium , cùm criminibus vacarem , prorsus
teneat inquirere Mecænatem recens or-
tum . Aenuò plausum , qui tener à bullis
aviti Solii benigniùs indulgeret infonti ,
quo parùm valens tristium opusculo pan-
gendo , augendis Fastorum carminibus
ideò se ampliùs suffecturum arbitretur ?
Inde fit , ut idemmet Genethliacum car-
men (neque aliud de facili succurrit)
exulantis Auëtoris titulum , tuis liben-
ter inferam cunabulis in devincti animi
tesseram , in fidei , Lusæque observantiæ
pignus . Proclivem ei auspico in aulam
tuam descensum , cùm in Solem exeat ab
ortu Principis libellus , necquaquam cæ-
terorum more ab agentis ingenio vitam
auf-

auspicantium; sui siquidem conditoris in
 utero præ dolore mortuus, nunquam sibi
 lucem manciparet ab exilio, unde tan-
 tum superest sepulchrum, nec foret vitæ
 liber, cum prius mortis latibulis versa-
 retur. Hoc sanè pacto non tristi inservi-
 turus officio, leto potiùs annuit ministe-
 rio, cryptamque fugiens, ne lugeat in
 posterum, cum Auçtore, quem desinit,
 augustas jure optimo cunas, ubi tantum
 vagiat, offendit, cum eo, quem efflictim
 deperit, exultaturus. Folis ergo suis
 regalium veluti integumento linteorum
 involutus, haud stylo laceratus, nec ni-
 gris atramenti stillis respersus, trium-
 phali duntaxat lauro notatus, tuum am-
 bit auxilium, quo factus Fastorum liber
 prosequatur, absoluto peracerbo Auçto-

AM

*ris exilio, æternam tanti Principis glo-
riam, augustam sui Mecænatis indul-
gentiam. Vale.*

Obsequentissimus tibi cliens

*Theodosius Emmanuel de Lima
Presbyter Babiensis.*

(1)

NATA FELICITAS POEMA

IN nova fert animus, dicam natale supremi
 Principis, Augustæ cunas licet edere Proles,
 Lussadas quæ nata recens ad carmina pulsat.
 Fallor, an aligerùm turmas lustrare domorum
 Tecta suo vicina Tago, vicina Canopo
 Prorsùs Ulysæo videam, disponere Lufis
 Gaudia, sollicitè alternantes plectra canoris
 Ictibus, & sacro præconia solvere cantu?
 Cedat Apollineâ redemitus tempora lauro
 Ausonius quicumque canit, quicumque cethegus
 Consonat, humano cytharedus more laceffit
 Et quicumque aures, imitatur & Orphea plausu:
 Longè alius sonus auditur, diversa cothurno
 Carmina cœlesti expectati Principis ortum
 Extollunt, Lufos nunquam tacitura triumphos.
 Principibus de Roma suis natalia, bullas
 Invidiosa neget, fileatque Genethlia, vates
 Quæ dixere sacro Regùm de semine natis:
 Cæsare de gemino taceat cunabula, cœlo
 Qui duplicem fecere suo cum nomine mensem.

Nec Natalitium Menelai Sparta Potentis
 Jactet, Ulyssæa sublimior ortus in urbe
 Felices reddit Lufos, quos mancipat ardor
 Principis, innati dulcisque potentia sceptri.
 Inter tot plausus, inter tot sydera noctis
 Editur in lucem Princeps, deductus avitâ
 Ex patriâ virtute prius, quàm cernere Regnum
 Incipiat, videt astra Puer, cui lumina flammâs
 Scintillant geminos imitantia in igne Pyropos.
 Ille Deum vitam accepit, Divosque Parentes
 Vidit, & immixtos Heroas, & ipse videtur
 Cultè, venturo lætentur out omnia sæclo.

Tu modò nascenti Puero, quo ferrea primum
 Desinet, & toto surget gens aurea Regno,
 Casta, fave, Lucina, tuus jam regnat Apollo,
 Ut tantum natale novo juvet edere vati.

Fortunata suos, qua tendit Lyfia muros
 Maxima Ulyssæi regio notissima, quinas
 Erigit incultum fidei, mentita figuram
 Urbis honorificæ, gratissima cura remotis
 Tota Alienigenis, duplicis veneranda Minervæ
 Gloria, deliciæ Pyndi, pars optima mundi.
 Hic Lusi caput imperii, Magnatibus ingens,
 Quorum conspicuis tot famam extendere factis
 Cœpit ab auspiciis, sedes firmissima Regum,
 Divitiis contenta suis, animosa triumphis:
 Hic, ubi Principibus juvat exercere supernæ,

Ingenuum virtutis opus, splendescere mores,
 Primus in exemplum Regni Josephus, & omnis
 Europæ, dans jura suis, dans jura, cothurno
 Cæsareo, cunctis Regnantibus orbe supremis,
 Augusta consorte regit, producere prolem
 Lætus amat, qua longa manet, qua pler renidet
 Maiestas folio, pietas & pegmate, virtus
 Omnis & augustum residens regalibus aulis.
 Cedit amor sobolis, cedit spes Regia, Prolis
 Regia cura, poli superis reuuentibus alti:
 Quæ potiùs natura probat fœcunda virilem
 Progeniem, summos hortatur ad optima Reges,
 Ferreque fœmineos de gentibus odit acervos;
 Ordine diverso tunc gignit adunca Puellas,
 Quarum prima tenet regni primordia, Princeps
 Brasila juratur mox successura coronæ.
 Contentus Rex sorte sua persolvere grates
 Cœlicolis, donec diffidit ab æthere causam
 Inquirens, Regumque colit decreta Tonantis:
 Inter virgo pias crescit celsissima leges,
 Augustum complexa modum, documenta Parentû
 Provida, ut ingenium, sit virtus maior & annis.
 Vix matura sapit, rerum præcordia tangit,
 Traditur alta Deo, superis per vota recurrit,
 Ne juga dura ferant, aliena pericula Lusi,
 Nec populi patiatur agens cum Marte Cupido
 Natio sine Rege, graves sine Patre labores.

Interea exagitat Regnantem cura, Parentis
 Qua possit ratione vices complere, volutat:
 Hinc chari rapit affectus, pretiosa sodalis
 Fratris amicities, prudens quem gestus adornat,
 Virtutumque chorus sacrum famulatur in ulum:
 Inde conarum tot justa ligamina pulsant,
 Instantesque proci, revocata lege, Potentes.
 Illinc ipsa movent lex, & comitia, tantum
 Innato quo curet amans de Principe, Regno
 Providus invigilet, dexterque clientibus adsit.
 Ast ubi multarum docet experientia rerum,
 Tempus &, urgenti statione, negotia poscit
 Ardua dissolvi, steriles deponere casus,
 Et maiora jubet vitari damna futuri
 Imperii, rebus præcautis, Principis altæ
 Indulgere placet sorti, procingere tædas
 Hymenis Augusti, connubia & alta parare,
 Nectere & Herculeo Regalia foedera nodo,
 Non rumpenda viro externo, servanda marito,
 Quem natura dedit, Patrum fecere Priores.
 Rex tamen ante ferat, quàm sana mente repostum,
 Quodve suo manet arbitrio, sub pectore, quærit
 Coelicolum auxilium, Natamq̃ ad munera Regis
 Regnantum pius invitat, ter ductus amore
 Provocat & patrio, donec respondeat æther.
 Oravere pares, precibusque frequentius actis
 Clamat uterque; Pater submissa voce supremus

Fundit ab ore sonos, gemitus expectorat alta
 Nata pios, Divinum hoc pacto affata Potentem:
 Scis bene Lyfiadæ quantum sine prole virili
 Indoleant, quantum sit opus, gaudere placebit,
 Imperioque tuo cum Luso Infante petito?
 Reddere te memorem liceat, facundus in agro
 Dixeris Alphonso quidquid, promiseris amplum
 Quidquid & Augustis hæredibus ipse coronæ.
 Si Lufos pressisse juvat tua jura docentes,
 Præstantesq̃ vices summum Regnantis Olympum
 Deficiente viro, innato Ductore relicto,
 Appetit ansa, tuis quo consulat alma Potestas
 Oppressis sine prole, tuo sine Principe Regno,
 Possit ut Imperium longum stabilire per ævum,
 Et Pietas immensa tuum, de semine clari
 Alphonfi constante Ducis virtute prioris.
 Cur cunctare pius, nostris cur consona votis
 Dona negas, si tempus adest, instantius urgent
 Verba tibi prolata tuis ex æthere Lufis?
 Nonnè salutiferis quondam velocior alis
 Curris in amplexus, volitas, & Solis ad instar
 Dexter in auxiliũ, qui nunquam à luce facessunt,
 Deque fide maiora probant sua facta, nitorem
 Stemmatis informant, testantur adesse Tonantem
 Imperium tenus orbe poli super alta gerentem?
 Cur modò nostrati fidei indulgere probatæ
 Inficiare, trahens Regni, Deus alme, salutem

In pennis, quas fingit amor, quas grata figurat,
Semper amatoris sacri concordia, virtus?

Audiit Astripotens justis clamoribus ictus,
Et Patris, & Natæ, quales tetigere superna
Sydera, ut eventus subito pro mente resultat,
Inter & innatus rivales præferat Heros.
Stat sua cuique dies, nihil irreparabile cœlo!
Cœlitus afflatu indubius Pater ipse movetur,
Decernitque faces, Natæ connubia pandit,
Annuat ut citiùs vinclo perstricta jugali
Conjungens dextram Patruo socianda Potenti,
Et præstoletur cum conjuge nupta virilem
Quam sobolem natura minùs fœcunda negarat,
Indulsi que sacris clementia vincula Tonantis
Dexteriore manu, non cætera passa periculum
Imperii, quod cultus amat, profusus auget.
Ingrediens Hymenæus agit sua munera regno,
Cæsarie meliore nuces aspergit in aulam
Principis Augustæ, tædasque accendit in urbe,
Magnatùm quo rite suos pars inclyta cultus
Ostendat, populusque gerens sua signa sequatur.
Omnia læta manent, alacris fit Lysia, nullum
Imperium maiora videt, meliora peregit.
Labuntur vix quinque sacro post Hymene menses,
Stat Princeps devota, piis fervoribus implet
Æthera cum placido simul ac orante marito,
Prolis & in votis accensi infontibus ambo

(7)

Augusti thalami requiem, Cœlo auspice, quærunt.
 Da, Pater omnipotens, præbe, sapientia, Prolem,
 Da, rogitant, Puerum nunquam pietatis egentem,
 In quo maiorum, & regni fortuna quiescat.
 Talibus orantes dictis vox occupat alma
 Omnipotentis: erunt vestris data præmia votis
 Digna piis, tribuetque mea indulgentia votis
 Omne quod optatis, natũ in quo cuncta recumbãt:
 Inter & hæc teneros effinxit corporis artus,
 Afflavitque animam Puer, spiravit & aptam
 Mentem, quo valeat puram sibi degere vitam,
 Insimul imperii moderari justus habenas,
 Fortis, & insanam prosternere ad Herculis instar
 Barbariem, Christi pravos, in roboris usum
 Hostes, augendo Divorum altaribus ignem,
 Æquet ut astrorum famam virtutis Olympo,
 Gloria & accedat Lusis, pars maxima fastis.

Lætus uterque Parens cœlesti munere gratus,
 Quod dextrâ dedit ipse Deus, sic ore salutat
 Quisque novũ Infantem venturũ in luminis auras,
 Post grates Cœlo factas, & in astra solutas:
 Gaude, parve Puer, vultu Lucina sereno
 Quando sinet ridens te ludere Matris in aula,
 Et nostro gaudere sinu, Genitricis in ulnis?
 Te vegetare juvat; Deus in te fudit avitas,
 Et patrias diffudit opes, & semina flammæ
 Austriacæ, tecumque dedit civilibus armis

Finem, quò fidi incipiant horrescere Lusi.
 Cresce, Puer, redeant Saturnia sæcula motu
 Prorsùs inexhausto, modò formosissimus annus,
 Ver modò purpureum Lufos hilarabit amicos;
 An quidquam nobis tali sit munere maius?
 O' fortunati nimiùm, bona tanta merentes
 Agricolaë! initium à Puero, Jovis omnia plena.
 Ipsi lætitiâ voces ad sydera jactent
 Intonsi montes, ipsæ jam carmina rupes,
 Ipsa sonent arbusta, Puer Jove missus ab alto;
 Monstrorum genus in terris, genus omne virorum,
 Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres.
 Principis ut sentit de mense tumescere ventrem
 Rex pius in mensem, sacra reddere, thura facellis
 Urere plura jubet, renovatis more Latino
 Ritibus, & precibus per aperta indulta paratis,
 Effigiem donec Pueri venientis in auram
 Humanam videamus, aquis, vel fonte lavata
 Membra sacro, diis aptetur ut usibus Infans.
 Nox erat Augusti viceffima prima cadentis
 Mensis, ubi furvas removebat Luna tenebras
 De Cœlo stellante micans, fulgoribus implens
 Terricolas, cùm certa Puer dat signa Parenti
 Augustæ, ut solitos, & dulces passa dolores
 Præparet hospitium sibi regia tecta petenti.
 Nocturnus tunc Argus erat, cùm læta fenestras
 Versicoloratis illustrat Lysia flammis,

(9)

Præstolata recens natum, qui visitat orbem,
Lucida, & auratos prætendunt sydera cultus.

Jam nova Progenies Cœlo dimittitur alto
Regales visura domos, visura paternos
Atque lares, maiorum habitata mapalia Regûm,
Illa dabit longum populis, sua jura quietis.
Et color, & species, vultusque, & lumina magnos
Præmittunt animos, & dignos sanguine mores,
Inque malos spirant ultorem ardentia Martem,
Cujus ad aspectum sic Lysia grata loquatur.

Incipe, parve Puer, risu cognoscere Lufos,
Te duce siqua manet sceleris violentia nostri,
Irrita perpetuâ solvet formidine terras;
Aspera jam positis mittescent sæcula bellis,
Paucaque jam suberunt priscae vestigia fraudis
Cum secura quies, stat nescia fallere vita:
Ultima cumæi venit jam carminis æstas,
Magnus ab integro Lusorum nascitur ordo,
Nascere Dives opum; fido munuscula cultu
Magnatûm sors alta feret, feret omnia Regnum,
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho,
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Non rastros patietur humus, non vinea falcem:
Flavescet moli paulatim campus aristâ,
Robustus quoque jam tauris jura solvet arator,
Incultisque rubens pendeat sentibus uva,

Et
8

Et duræ quercus sudabunt roscida mellâ :
 Infimul omnis ager , nunc omnis parturit arbos ,
 Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
 Ubra ; nec magnos metuent armenta leones ;
 Sponte suâ sandix pascentes vestiet agnos.

Huc ades, ò formose Puer, Jove missus ab ipso :
 Aggredere, ò magnos (aderit jam tēpus) honores,
 Chara Deûm soboles, magnū sacri Avi incremētū.
 Tam longæ Lufis maneat pars ultima vitæ,
 Spiritus, & quantum laterit tua promere facta :
 Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
 Semper honos, nomenque tuum, laudesque ma-
 nebunt.

L I C E N Ç A S.

Do Santo Officio.

Approvação do M. R. P. M. Doutor Fr. José da Ave Maria Leite, Religioso da Santissima Trindade, Mestre na Sagrada Theologia, Qualificador do Santo Officio, &c.

ILLUSTRISSIMOS SENHORES.

O Papel, que se apresenta, nada tem contra a Fé, ou bons costumes. Trindade de Lisboa 26 de Outubro de 1761.

Doutor Fr. José da Ave Maria Leite.

Vista a informação, pôde-se imprimir o papel, que se apresenta, e depois voltará conferido para se dar licença que corra, sem a qual não correrá. Lisboa 27 de Outubro de 1761.

Trigozo.

Silveiro Lobo.

Do Ordinario.

Approvação do M. R. Doutor Ignacio Barboza Machado, Desembargador da Relação do Porto, Academico do numero da Real Academia da Historia Portugueza, e Chronista de todas as Prévincias Ultramarinas deste Reino de Portugal, &c.

EX.^{mo} E R.^{mo} S E N H O R.

Pertende o Reverendo Doutor D. Theodosio Manoel de Lima imprimir o Poema incluso offerecido ao Augustissimo Principe da Beira o Senhor D. José, no qual formando hum Panegyrico ao feliz nascimento do mesmo Serenissimo Principe com raro engenho, falla pelas vozes do Mantuano Oraculo para fazer mais excellente o seu Panegyrico. Era justo que não

só as Musas Lusitanas se empregassem em louvar a maior felicidade deste Reino, mas que do novo Mundo, ou America Portugueza se empenhassem os fecundissimos engenhos daquellas afastadas Regiões para eternizar huma reverente alegria, que enche o coração de toda a Monarquia Lusitana. Destes, no meu conceito, merece particular estimação esta Obra, que V. Excellencia manda rever pela minha curta capacidade. Della posso aFF mar sem as tintas das lisonjas, que he digna de muitos elogios, pois louvando ao novo Principe, faz novos obsequios ao nosso grande, e Fidelissimo Rei, e Senhor. Assim me parece que se deve imprimir para gloria da patria, e novo tributo, com que o Author promove, e adianta a fama do nosso sempre feliz Principe da Beira. V. Excellencia mandará o que for servido, que sempre he o mais justo. Lisboa 3 de Novembro de 1761.

O Desembargador Ignacio Barboza Machado.

Vista a informação, póde-se imprimir o Poema, de que se trata, e torne conferido para se dar licença que corra. Lisboa 3 de Novembro de 1761.

D. J. Arceb.

Do Paço.

Approvação de João de Alpoim e Brito Coelbo, Academico da Real Academia da Historia Portugueza, &c.

S E N H O R.

Este Canto Genethliaco, com que o Reverendo Doutor D. Theodosio Manoel de Lima celebra o faustissimo Nascimento do Augustissimo Principe da Beira, he hum daquelles elogios raros, que ao mesmo tempo o são do Heroe, a quem applaudem, e do Author, que os escreve; pois ninguem poderá ler tão nobremente debuxado aquelle prospero, e delejado acontecimento, que depois de adorar gostoso, e reverente a soberania do assumpto, não passe immediatamente a admirar os talentos do Escriitor. Elegeo elle para modelo deste seu Poema

ma o famoso imitador de Virgilio, Claudiano, e logrou não sómente imitallo, mas excedello, assim no assumpto, como no estylo. No assumpto, porque se aquelle na sua obra mais conhecida cantou de huma Princeza roubada para ir ser Rainha no Inferno, o Author canta de hum Principe dado para vir a ser successor de hum Reino todo do Ceo. No estylo, porque igualando-o na elevação, na elegancia, e na energia, sabe evitar os dous extremos da intumescencia, e da languidez, em que Claudiano não poucas vezes tropeça, por onde se este he tido pelo ultimo dos Poetas antigos, o Author merece hum lugar muito distinto entre os primeiros dos modernos. A vista do que, e de não conter este papel cousa alguma contra as Leis, e serviço de V. Magestade, me parece dignissimo de se imprimir. V. Magestade mandará o que for servido. Lisboa 16 de Novembro de 1761.

João de Alpoim e Brito Coelho.

Que se possa imprimir, vistas as licenças do Santo Officio, e Ordinario, e depois de impresso tornará á Meza para se conferir, e dar licença, para que corra. Lisboa 23 de Novembro de 1761.

Carvalho.

Emaüs.

Doutor Velho.

ma o famoso imitador de Virgilio, Claudiano, e logo não
 somente imitado, mas excedido, e não no alambique, como no
 estylo. No alambique, porque le apelle as las obras mais co-
 munes, e as de hum Puerro, e a de hum Rabinho para li ser Rabinho
 no latim, e o Author, e a de hum Franche dado para vir a
 ser successor de hum Reino tomo de Geo. No estylo, porque
 ignorando o ar elevação, as elegancia, e as enegias, não
 evitar os dois extremos da intemperancia, e da lesão, e a
 que Claudiano não poucas vezes tropeça, por onde se este-
 rido pelo ultimo dos Poetas antigos, o Author merece honra
 garantido quanto entre os principios dos modernos. A vir
 de que, e de não conter esse papel coisa alguma contra os
 Reis, e heredeiros de V. Magestade, me parece de hum modo de se
 imprimir. V. Magestade mandaria o que for necessário. Lisboa
 16 de Novembro de 1761.

João de Alpoim a Brás Cocho.

23 de Novembro de 1761.
 Para se conter, e dar licença, para que contra, Lisboa
 e Oubiano, e depois de impellido tornada a Mesa
 Ue se possa imprimir, vellas as licenças do Santo Offi-

Carvalho. Euzes. Doutor Velho.